

lis Montibus, qui sub illius protectione non sunt, aut Protectorem non habent, nihilominus auctoritatem habere debeat, & Montibus, ceterisque ad illum recurrentibus suum officium, & beneficium impertiat, & opportune provideat: non obstantibus quibuscumque dispositionibus apostolicis in contrarium factis: quibus, earum singularum tenores presentibus pro sufficienter expressis habent, etiam harum serie ad effectum predictum specialiter derogamus.

§. 33. Præterea si contingat eundem Ludovicum Cardinalem Camerarium, tam ratione voluntaria, quam necessaria absentia occasione residentia in Ecclesiis cathedralibus, etiam Metropolitanis, quibus præest, aut illum præesse contigerit, ab Urbe recedere, sibi, ut ipse aliquem eisdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem Pro-Camerarium ejus loco deputare, eique vices, & voces suas cum eisdem facultatibus, & auctoritatibus, ac Indultis, quæ ipsemet Ludovicus Cardinalis Camerarius habuerit, pariformiter, & absque ulla prorsus differentia delegare possit, & valeat, pariter indulgetur, ac licentiam, & facultatem opportunitati illi desuper concedimus, & impertimur.

§. 34. Et quia, sicut accepimus, nonnulla causa Camerales, quæ coram Camerario, seu in Camera hujusmodi coram illius Presidente, & Clericis cognosci debuissent, coram diversis Judicibus introductæ reperiuntur, & adhuc indecisæ pendunt, Nos illas ad eundem Camerarium, & Camera prædictam, tamquam eorum proprium Tribunal, remitti volentes, harum serie omnes, & singulas causas prædictas, tam in Congregationibus de Bono regimine, seu super gravaminibus tollendis, quam coram aliis quibuscumque Judicibus introductas, & indecisas pendentes in statu, & terminis, in quibus reperiuntur, ad Nos harum serie advocantes, eidem Ludovico Cardinali Camerario per se, vel alium, seu alios audiendas, cognoscendas, & sine debito terminandas, committimus, & mandamus: non obstantibus earum litis pendentia, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 35. Insuper volumus, decernimus, & mandamus, quod ipse Ludovicus Cardinalis Camerarius, præter ordinarias suas facultates tempore Sedis apostolicæ vacantis sibi competentes in omnibus, & singulis rebus, & negociis debeat interesse cum Cardinalibus Capitibus Ordinum, & cum eis insimul resolutiones capere, & ubi opus fuerit opportune provideat.

§. 36. Necnon ultra Officiales per alios Camerarios deputari solitos, Fontanarium Conclavis deputare possit, & valeat, non obstante Constitutione recolendæ memoriæ Pii Papæ IV. Prædecessoris nostri desuper edita.

§. 37. Ad hæc statuimus, quod de cætero Signatura Justitiæ non possit, nec debeat, sive committendo, sive reformando, sive declarando aliquid in Camera nostra,

vel alibi in causis spectantibus ad ipsum Ludovicum Cardinalem, uti Camerarium, & Camera prædictam rescribere: & supplicationes, sive Commissiones desuper signatæ nullius sint roboris, vel momenti, nullamque tribuant Jurisdictionem, perinde ac si non emanassent.

§. 38. Ac etiam decernimus licere Ludovico Cardinali Camerario, & Camera prædictis, omnes, & quascumque causas ad Camerariatus, & Camera prædictorum Tribunal quomodolibet, ut supra, spectantes, a quibuscumque Judicibus etiam Auditore Camera, etiam agatur de obligatione Camerali a Theaurario Generali, Palatii apostolici causarum Auditoribus, & ejusdem Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, libere avocare, & illas reassumere, & iisdemque inhære.

§. 39. Nullum vero ex prædictis, aut aliis quibuscumque Judicibus, etiam Camera prædictæ Clericis, & Presidentibus, tam conjunctim, quam divisim posse causas prædictas a dicto Camerariatus Tribunali avocare, aut reassumere, etiam sub prætextu, quod cause ad dictum Tribunal Camerarii non spectent: super quo non possit Signatura Justitiæ, vel Camera ipsa cognoscere, aut aliquo modo rescribere, nec se ingerere, sed hujusmodi cognitio, an cause sint de Jurisdictione Camerariatus, pertineat ad eundem Ludovicum Cardinalem, & pro tempore existentem Camerarium, qui cognoscere debeat, an sint ejus Jurisdictionis, & si partes hujusmodi declarationi non acquieverint, Signaturam nostram Gratæ tantum adire possint, & citato Commissario ejusdem Camera commissiones proponi debeant. In causis vero, in quibus tam Ludovicus Cardinalis, & Camerarius, quam Camera, & Præsidentes, & Clerici prædicti procedere possunt, sit locus preventioni inter ipsos: ita tamen, quod in causis ad prædictum Ludovicum Cardinalem, & pro tempore existentem Camerarium specialiter, & privative quoad alios, tam de jure, usu, & consuetudine, quam aliàs quomodolibet spectantibus, Camera, Præsidentes, & Clerici præfati nullatenus se ingerere, aut intrudere possint: super quo, quatenus aliqua controversia oriatur, ipse Camerarius cognoscere possit, ad quem spectet, ut supra, reservato nihilominus jure Signaturæ nostræ gratiæ adeundi.

§. 40. Non obstantibus asserta litis pendentia, illiusque determinatione, & aliis præmissis, ac nostra de non tollendo jure quæsito, quatenus opus sit, ac aliis Cancellaria Apostolicæ regulis, necnon similibus memoriæ Symmachii, & Pauli II., ac Pauli IV., & aliorum Romanorum Pontificum Prædecessorum horum de rebus Ecclesiæ non alienandis, ac literis prædicti Clementis VIII. concessionis dicti Officii Camerariatus factæ prædicto Petro Episcopo Cardinali, necnon Sixti V. etiam Romanorum Pontificum super prohibitione alienandi officia, seu jura, & emolumenta consistorialiter edita sub Dat. decimo octavo

Facultas vocandi, & reassumendi causas a quibusvis Judicibus, etiam si agatur de obligatione Camerali.

Nullus vero Judex possit reassumere causas a dicto Camerario.

Signatura Justitiæ, & Camera non possit se ingerere.

Sed cognitio an Cause sint de Jurisdictione Camerariatus, pertineat ad ipsum Camerarium.

Signatura tantum Gratæ partes audire possit citato Commissario Camera.

Inter Camerarium, Camerarium, & Præsidentes, & Clericos sit locus preventionis.

Et Camera, Præsidentes, & Clerici in causis spectantibus privative ad Camerarium non possint se ingerere.

Derogatio contrariorum.

Kal. Februarii Pontificatus sui Anno quinto; Necnon prædicta Pauli V. super reformatione Tribunalium Urbis edita, in quantum presentibus nostris contrarientur, ac prædicti Pii IV. qua cavetur, quod gratiæ, & indulta interesse Camera prædictæ concernentia infra certum inibi expressum tempus in dicta Camera presententur, sive registrentur, alioquin illæ non valeant; Ita quod ipse Ludovicus Cardinalis ad easdem presentes in dicta Camera presentandum, seu registrari faciendum, nullo umquam tempore teneatur, nec ad id ulla necessitate cogi, aut compelli possit. Et nihilominus illæ valeant, sibi que suffragentur in omnibus, & per omnia, perinde ac si presentatæ, & registratæ fuissent, aliisque Constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, necnon Camera, & Officii Camerariatus prædictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, usibus quoque, & naturis quocumque tempore pacifice observatis, privilegiis quoque, Indultis, & Literis apostolicis, Collegio Cardinalium, & dictæ Camera Theaurario, illiusque Præsidentibus, & Clericis, ac Notariis, & Collocatoribus per prædictos, & quoscumque alios Romanos Pontifices Prædecessores nostros, ac Nos, & dictam Sedem, etiam per modum Statuti perpetui, ac inini, & stipulati contractus, seu quasi, ac aliàs sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac etiam consistorialiter, & aliàs quomodocumque concessis, confirmatis, innovatis, extensis, & moderatis. Quibus, ac omnibus aliis, quæ eisdem presentibus quomodolibet obesse possent, etiam si talia, & tanta essent, quæ sub concessionibus generalibus non venirent, sed specialibus omnino indigerent expressionibus, illorum, ac supradictorum omnium veriores, ac totos tenores, etiam presentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat harum serie specialiter, & expresse, ac amplissime motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus ad effectum validitatis earumdem presentium derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Officiales vero per dictum Ludovicum Cardinalem, & pro tempore existentem Camerarium ponendi, & constituendi, sunt infra scripti, videlicet.

Officiales per Camerarium deputandi qui sunt.

- Advocatus Fiscalis Nuntii Hispaniarum.
Advocatus Fiscalis Nuntii Neapolis.
Advocatus Fiscalis Camera, & Pauperum Perusie.
Advocatus Fiscalis Camera apostolicæ in Civitate Fulginatensi.
Advocatus Fiscalis Romandiole.
Admiralius Portus Anconæ.
Auditor Cardinalis Camerarii.

- Armarolus Civitatis Anconitanæ.
Armarolus Palatii apostolici.
Archivista Camera apostolicæ in Civitate Neapolitana.
Gustator Vinorum Ripæ.
Assaggiatores Zecchæ Urbis, numero duo.
Assaggiator Zecchæ Ferrariæ.
Bidelli Gymnasii Urbis numero duo.
Bidelli Gymnasii Perusie.
Bidellus, & curator bonorum defunctorum Perusie ad nominationem illius Communitatis.
Bullator mensurarum Salarie Urbis.
Barigellus, & Custos Domus Plani Perusie.
Barigellus Cardinalis Camerarii, & Magistrorum Viarum.
Custos Turris Cavolinæ.
Custos Armariæ Anconæ.
Custodes Sylvarum Tulphæ numero duo.
Custos, seu Cancellarius Turris Portus Cornetti.
Custos Turris Flumicini.
Custos Turris Bortaldæ.
Custos Armariæ Ferrariæ.
Custos Turris Bellochii.
Custos Funderiæ Arcis Sancti Angeli.
Custos Palatii, & Massariarum Anconæ.
Custos Armariæ Arcis Sancti Angeli.
Custos Armariæ Palatii apostolici Urbis.
Custos Bonorum, & Viridarii Palatii Camerini.
Custos Portæ Marinæ Ariminensis.
Custos cavæ aluminum Tulphæ.
Custos Armarii Ravennæ.
Custos cavæ Arenæ prope Propugnaculæ Burgi, & Portæ Militum levis Armaturæ.
Custos Lacus Transimeni.
Custos Turris Magnavacca.
Custos Arcis Camerini.
Custos Armariæ Bononiæ.
Custos Palatii Fulginii.
Custos Fluminum Terracina.
Custos Turris Sancti Alberti Comacien.
Custos Salarie Urbis.
Custos Turris Primariæ, Palatæ Cervien.
Custos Clavium Ghetti Hebræorum Anconæ.
Commissarius Fluminum Umbriæ.
Commissarius Alumeriarum Tulphæ.
Commissarius super extractione Oleorum Marchiæ.
Commissarius tractarum Patrimonii.
Commissarius, & Mareficiallus Fraudum in Urbe.
Commissarius super revisione Librorum Hebræorum Bancheriorum Anconæ.
Commissarius super Annotatione tractarum Fani.
Commissarius super Naufragiis.
Commissarius super Antiquitatibus Urbis.
Commissarii super Grafia Campi Floræ numero quatuor.
Commissarii Plateæ Agonis.
Commissarii super exactione subsidii triremium.
Commissarius super annotationes Granorum Civitatis Vetula.

Commissarius Olei ad Saponem Urbis, ad nominatione Commissarii Camerae Apostolicae. Commissarius super Foveis Puteolanae Urbis. Commissarius super attergatione Patentium Cameralium Urbis. Commissarius Appretii in Civitate Camerina. Commissarius super exactione Decimarum, & Subsidiorum. Commissarii super Annona, Grascia, Viis, Taxis, Gertotis, Aluminibus, Vitriolis, Doganis, Gabellis, & quibusvis Appalibus Cameralibus. Commissarius supra Ripam magnam, Commissarius Ripettae. Castellanus Arcis Casena. Castellanus Arcis Nepefina. Castellanus Arcis Ravenna. Castellanus Roccae veteris Civitatis Vetulae. Castellanus Arquata. Castellanus Montis Falisci. Castellanus Faventia. Castellanus Arcis Urbis veteris. Castellanus Arcis Portus Casenatici. Castellanus Imola. Castellanus, & Capitaneus Terrae Lugi. Computista Nuntii Regni Neapolitani. Computista Camerae in Civitate Anconitana. Computista Collectoriae Hispaniarum. Computista Salariae Urbis. Computista Montis Quatrinorum. Computista Montis Abundantiae. Computista Exercitus Ecclesiastici. Collateralis Generalis dicti Exercitus, etiam Sede Vacante. Capitaneus, & Factor Commachii. Gabellarius Fulginei. Camerarius, & Custos Orologii, & Fiscalus Assisi. Camerarius Salinarum Cerviae. Capserius Vallium Comachii. Confirmatio Vicarii Castris Genghae. Carcerarius in Civitate Neapolitana. Chirurgus Vulneratorum in Civitate Ancona. Depositarius Montis Camerariatus. Depositarius Montis Cancellariarum. Depositarius Camerae Apostolicae in Terra Lugii. Depositarii Communitatum ad ipsarum nominationem. Exactor creditorum Theaurariae Spoletinae. Funditor Camerae Apostolicae in Civitate Ferrariensi. Funditor Tormentorum Bellicorum Ancona. Funditor Tormentorum Bellicorum Castris Sancti Angeli. Incisor Typorum Zecchae Urbis. Locumtenens ad dandum gradum Doctoratus in iure Civili, & Canonico. Locumtenens ad dandum gradum Doctorum in Philosophia, Medicina, & Chirurgia. Locumtenens in causis Criminalibus Cardinalis Camerarii.

Magister Actorum Nuntii Apostolici Regni Neapolitani. Mensurator Salis ad grossum in Salaria Urbis. Mensuratores Camerae Apostolicae in Urbe, numero duo Mensuratores, & Aestimatores Fabricarum Camerae in Civitate Anconitana. Mandatarius, & Subhastator Pignorum Hebraeorum Bancheriorum Urbis. Medicus Carceratorum agrotantium Perusia. Medicus Carceratorum agrotantium Nuntii Regni Neapolitani. Marefciillus, seu Commissarius super Fraudibus Urbis. Marefciillus Magistrorum Viarum Urbis. Magister Viarum Ancona. Magister Viarum Nuceria. Magister Viarum Caldarole. Magister Viarum Marchiae. Magister Viarum Trevii. Magister Viarum Cassiae, & aliorum locorum. Magister Tabellariorum Galliae. Notarius Camerae Apostolicae in Civitate Perusina. Notarius Pauperum in eadem Civitate. Notarius Camerae Apostolicae in Civitate Anconitana. Notarius ejusdem Camerae in Civitate Fulginatensi. Notarius Cardinalis Camerarii in Urbe. Notarius Subhastationum Pignorum Hebraeorum Bancheriorum Urbis. Notarius Subhastationum Pignorum Hebraeorum Bancheriorum Ancona. Notarii Rotae Urbis numero duodecim. Officialis Marozzi Vallium Commachii. Officialis Cassette ad Ripam Magnam. Officiales super Coltis Camerini. Officialis super Fabrica caesarum Fulginei. Officium super Lembo, seu Navicula Urbis. Provisor, & Commissarius Fabricae Portus Ancona. Provisor Palatii Perusiae. Provisor Arcis Ancona. Pagator Exercitus Ecclesiastici, etiam Sede Vacante. Provisor Vallium Commachii. Procurator Fiscalis Nuntii Hispaniarum. Procurator Fiscalis Nuntii Regni Neapolitani. Procurator Fiscalis Perusiae. Procurator Gymnasii Urbis. Punditor Gymnasii Bononiae. Ponderator Aluminum Tulphae in Civitate Vetula. Ponderator Zecchae Urbis. Ponderator Aluminum Tulphae, & Alumeriarum. Praefectus Bottinorum Aquae Felicis. Revisor Pontium. Revisor Turrium, & Fortaliorum Splagi Romanae. Revisor mensurarum Salis in Salaria Urbis. Revisor Salinarum Ostiae. Rincontrum Doganae Fori Piscium. Rincontra Medallarum Salis ad minutum

tum in Salaria Urbis, numero duo. Rincontrum Salis ad grossum in Salaria Urbis. Rincontrum Doganae. Rincontrum Terrae Camerae in exercitu Ecclesiastico. Rincontrum Doganae Ripettae. Receptor Aluminum in Civitate Vetula. Receptor Bollestarum Comachii. Resignator Granorum Patrimonii, & Campaniae. Resignator Generalis Tractarum in Provincia Romandiola. Suprastans Retalii Bononiae. Suprastans Fontis S. Petri. Suprastans Zecchae Ferrariae. Suprastans Zecchae Urbis numero duo. Suprastans ponderum in Civitate Forolivii. Suprastans Murorum Burgi. Suprastans Palatii Perusiae, & medietatis Factoria Clusi. Sepelitor Mortuorum in Civitate Perusiae. Secretarius Spoliorum Hispaniarum. Secretarius Officii Camerariatus. Secretarius Montis Quatrinii. Aestimator Bonorum Spoliorum. Scutiferi Populi Romani numero quatuor. Impressor Cameralis Ferrariae. Proxeneta Ripae numero viginti quinque. Proxeneta Civitatis Ancona. Thesaurarius Montis Leonis ad nominationem Communitatis. §.43. Volumus autem, quod per praesentes nullum praedictum dicto Ludovico Cardinali, & pro tempore existenti Camerario quoad alia Officia ad ipsius collationem, seu concessionem spectantia, quoquomodo inferatur. §.44. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum voluntatum, confirmationum, approbationis, innovantium Decretorum declarationis, concessionum, indulgentiarum, mandatorum, ordinationis, factionis, deputationis, dationum, derogationum, impartitionis, avocationis, & communionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romae apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicae millesimo sexagesimo vigesimo primo, Pridie nonas Maii Pontificatus nostri Anno I.

Præferatio aliorum iurid ad Cameraarium spectantium.

Clausula.

Dat. die 14. Maii 1621. An.I.

V. Dat. -- Jo: Baptista Bolognnetus.

N. Odor. &c.

Erectio Congregationis S. Mauri Ordinis Sancti Benedicti in Gallis. Ex Regest. in Secret. Brev.

GREGORIUS PAPA XV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Sacri apostolatus ministerio nullo licet merito nostro, per abundantiam divinae gratiae praepositi, ad ea, per quae Ecclesiasticorum, & Religiosorum Ordines quilibet ad pristini cujusque Regularis eorum Instituti normam reducantur, mentis nostrae aciem sedulo intendimus, & propterea, qui sua sponte religionis, & arctioris vitae studio ducti pristinae Regulae, quam suae Religionis auctores instituerunt, observantiam amplecti, & de caetero sectari desiderant, eosdem non solum in eorum proposito conservare, sed etiam opportunis favoribus, & gratis prosequi volumus, prout pia Catholicorum Regum vota id exposcunt, & Nos conspiciamus salubriter in Domino expedire.

Proconium.

§.1. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt charissimus in Christo filius noster Ludovicus Francorum Rex Christianissimus, ac dilecti filii Prioratus, seu Collegii Conventualis Cluniacensis, nuncupati Parisien. Priores, ac Sancti Augustini Lemovicen., & de Nohaliaco, Pistavien., ac Sancti Pharaonis Melden., & Sancti Petri de Gemellis Rhotomagen., & Sanctae Mariae de Bernejo Lenovien. Monasteriorum Conventus, & Monachi, nec non Domus Regularis Sancti Guillelmi Alborum Mantellorum nuncupati, etiam Parisien. Prior, & Conventus Ordinis Sancti Benedicti, quod cum alias Sedis Apostolicae auctoritate in Monasteriis Ordinis Sancti Benedicti in Lotharingia, & Barri Ducis Ducatibus, ac Meten., Virdunen., ac Tulen. Civitatibus, & Dioecesebus consistens reformatio Congregationis Cassinen., seu Sanctae Justinae de Padua dicti Ordinis introducta, ipsaque Monasteria reformata in unam Congregationem, quae Sanctorum Vitonis, & Hidulphi Virdunen. appellatur, redacta fuissent, nonnulli ejusdem Ordinis Monachi Galli perfectioris vitae zelo ducti, sanctam hanc reformationem amplexi in Monasterio eorundem Sanctorum Vitonis, & Hidulphi Virdunen. praedictae Congregationis Lotharingiae sese submiserunt, & in Galliam post sufficientem Reformationis experientiam, & tolerantiam de consensu Superiorum secundo dictae Congr. reversi, ab ipsisque dimissi, vitae sanctimoniam, & reformationis observantiam se adeo conspicuos reddiderunt, ut eorum bonae famae odor in diversas Galliarum partes, atque Regiones diffusus, nonnullorum Monasteriorum Religiosos ad Reformationem hujusmodi amplectentes excitant, jamque Monachi in Prioratu, seu Collegio Conventuali Cluniacensi hujusmodi, nec non in praedictis, ac Sancti Jodoci supra Mare, Sancti Petri Corbien., ac Sancti Petri Solemniacens.

In nonnullis Monasteriis Ordinis Sancti Benedicti inducta Reformatio.

niacen. Oppidorum, seu Locorum Ambianen. & Lemovicen. respectue Diocesi. Monasteriis predicti Ordinis Monachi degentes vitam salutaribus agunt Sancti Benedicti Institutis conformem.

§.2. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, in singulis Gallia Provincis multa hujusce Ordinis Monasteria fundata reperiantur, ac de Dei bonitate, & misericordia tantum sperandum sit, quod si non omnium, & sane plurimorum Conventuum Religiosi charismata meliora emulantes, & ad eundem Sanctum Benedictum eorum Patrem respicientes, hanc ipsam Reformationem sinceris affectibus sint recepturi; ad felicem vero hujusce sancti operis progressum maxime expediat, in Galliam unam Conventuum Reformatorem hujusmodi Congregationem adinstar predictae Congreg. Cassinen., qua suum particularem Superiorem habet, institui, illique Domum Regularem S. Guilielmi alborum Mantellosum nuncupat. Parisien. predictam, qua non in titulum, commendam, aut proprietatem obtineri, sed per Priorem triennalem regi consuevit, cuiusque Prior, & Religiosi, qui Sancti Benedicti predicti Regulam juxta antiquum ejus Institutum professi sunt, Reformationi in predictis Conventibus Reformatis, ut praefertur, introducta inherere intendant, quin imo etiam illam auspiciis dilecti filii nostri Henrici S. R. E. Presbyteri Cardinalis de Retz nuncupati Ecclesiae Parisien. ex concessione, & dispensatione apostolica Praesulis jam ultro susceperunt, aggregari. Nobis propterea tam Ludovicus Rex, quam Priores, ac Conventus, & Monachi predicti humiliter supplicari fecerunt, quatenus in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

§.3. Nos igitur piis Ludovici Regis, ac Prioris, & Conventuum, ac Monachorum eorumdem votis in praemissis annuere, ipsosque Priores, & Conventus, ac Monachos specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Sacri Concilii Tridentini interpretum consilio, unam Prioratus, seu Collegii, ac Sancti Augustini, & de Nohaliaco, & Sancti Pharonis, nec non Sancti Petri, & Beatae Mariae Reformatorem predictorum, atque etiam quorumvis aliorum Monasteriorum predicti Ordinis in Gallia, & omnibus Provinciis predicto Ludovico Regi subditis consistentium Conventuum, & Monachorum, qui deinceps Reformationem hujusmodi recipere, seque illi submittere voluerint, Congregationem Sancti Mauri Gallianam Parisien. nuncupan. ad-

Eaque in Congregationem redigi poterit.

Gregorius Pontifex erigit Congregationem Sancti Mauri.

instar Congregationis Montis Cassinen., seu Sanctorum Vitonis, & Hidulphi per unum Vicarium Generalem natione Gallum, seu ex loco temporali Dominio dicti Ludovici Regis subiecto oriundum a Capitulo Generali ejusdem Congregationis, ut infra erigenda singulo quoque anno, vel biennio, aut triennio eligendum, regendam, & gubernandam, ita tamen, ut ex hujusmodi erectione nullum prorsus praedictum censetur illatum Menfis Abbatialibus, sed Abbatiae ipsae in omnibus primariam naturam, & titulum collativum dignitatis Abbatialis ipsorum Monasteriorum retineant, perinde acsi erectio hujusmodi facta non esset: quodque deinceps occurrente quorumcumque Monasteriorum tam eorum, quorum Conventus dictam Reformationem jam amplexi sunt, quam eorum, qui se deinceps illi submittent, vacatione, illorum collatione, seu provisione, aut Commenda ad Sedem Apostolicam ad nominationem pro tempore existentis eorumdem Francorum Regis, prout prius, perinde acsi in illorum Conventibus reformatio introducta, seu Congregatio ipsa erigenda erecta non fuisset, pertineant, ipsaque Congregatio, ut infra erigenda in Conventibus, & Menfis Conventualibus, ac locis, & portionibus Monachalibus, nec non officiis claustralibus ipsorum, & pro tempore aggregandorum dumtaxat locum habeat, ac salvis illis remanentibus titulis Prioratum, & quorumcumque aliorum Beneficiorum collativorum a predictis Monasteriis, & eorum quolibet dependens, ita ut illa deinceps, prout antea conferri, seu commendari debeant, absque ulla prorsus differentia, apostolica auctoritate predicta, tenore presentium perpetuo erigimus, & instituiamus.

§.4. Caterum, quia dignitates Abbatiales Monasteriorum, quorum Conventus sunt, & erunt reformati, sub Congregatione per praesentes erecta non comprehenduntur, sed ab illa exemptae, & extra illam remanebunt, quodque ipsorum Monasteriorum Abbates Titulares, seu Commendatarii cum Conventibus, & Monachis Reformatis nihil commune, nihilque agendum habeant, sed illi a Prioribus claustralibus juxta Reformationis, seu Congregationis Cassinen., aut Sanctorum Vitonis, & Hidulphi hujusmodi ritus, statuta, & consuetudines eligendis regantur, & gubernentur, perpetuo statuimus, & ordinamus.

§.5. Insuper Congregationi per praesentes erectae hujusmodi, illiusque Conventibus, personis, & bonis nunc, & pro tempore existentibus, ut omnibus, & singulis privilegiis, libertatibus, immunitatibus, gratiis, Indultis, & Indulgentiis dictae Congregationi Cassinen. illiusque Conventibus, Monasteriis, & Regularibus locis, & principaliter, & particulariter, vel generaliter, aut accessorie, vel per viam communicationis, & extensionis concessis, dummodo tamen sint in usu, nec revocata, aut sub illis revocationibus comprehensa, nec Sacris Canonibus, dictique Concilii Decretis con-

Per Vicarium Generalem triennalem regendam.

Monasteria Abbatialia per Priores gubernanda.

Novae Congregationi privilegia omnia concessa, seu Jussum communicantur.

tra-

traria sint, uti, frui, potiri, & gaudere possint, & valeant pariter, ac pariformiter perinde acsi illa Congregationi per praesentes erectae, illiusque Conventibus, personis, & bonis particulariter, specificae, expressae, ac nominatim concessa fuissent, ad quae etiam Monachis Congregationis per praesentes erectae, donec numerus Religiosorum, & Superiorum Congregationis per praesentes erectae suffragari auctus fuerit, in Priores, Novitiorum Magistros, Praesidentes, seu Superiores eligere, & ad Ordines Sacros suscipiendos, & ad triennium tantum quoscumque Religiosos capacitatem, & aetatem a Sacris Canonibus requisitas habentes, praesentare possint, neque eam aetatem, quae per Constitutiones, & declarationes dictae Congregationis Montis Cassinen. super vigesimo primo capite Regulae ejusdem S. Benedicti praescripta reperitur, neque etiam quinque annorum spatium, quo durante novi professi sub Magistris Novitiorum morari debent, expectare teneantur, sed ad triennium tantum, & dummodo eligendi trigessimum saltem eorum aetatis annum expleverint, concedimus, & indulgemus.

§.6. Preterea ob Superiorum penuriam, qua in Congregatione per praesentes erecta in hoc Institutiois ejus primordio, ut asseritur, existit, Religiosis illis tam Superioribus, quam non Superioribus, qui a dicta Congregatione Lotharingae, cui se submitterant, de ipsius Superiorum licentia, & consensu profecti, & in Galliam dimissi fuerunt, quique sic dimissi in Conventibus reformatis, & reformatis praedictis sedulam, & quidem fructuosam operam, ut acceptimus impenderunt, in Congregatione per praesentes erecta, de consensu tamen Congregationis Sanctorum Vitonis, & Hidulphi hujusmodi remanere possint, licentiam, & facultatem impertimur. Pro potiori eorum cautela, ac quatenus opus sit, eos a Juramentis, subjectione, & obedientia per ipsos dictae Congregationi Lotharingae praestitis, & promissis, vero existente tamen, ut praefertur, consensu Superioris ejusdem Congregationis Lotharingae, absolvimus, eximimus, & liberamus. Porro praedictam Domum S. Guilielmi, ejusque Conventum, Priorem, & Monachos, ac res, & bona quaecumque dictae Congregationi per praesentes erectae, aggregamus, denique in Protectorem dictae Congregationis per praesentes erectae dictum Henricum Cardinalem deputamus.

§.7. Decernentes praesentes literas sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus minime comprehendendi, sed semper ab illis excipi, & quoties illae emanabunt, toties in pristinum, & validissimum statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, ac de novo etiam sub quacumque posteriori data per Vicarium Generalem, & Monachos Congregationis per praesentes erectae, quandocumque eligen. concessas esse, & fore; Sicque Bull. Rom. Tom. V. Par. IV.

Monachis Congreg. S. Vitonis pro hac vice tantum facultas datur manendi in nova Congregatione.

Clausa:

per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.8. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, dictorumque Ordinis, & Monasteriorum, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis apostolicis, illis, eorumque superioribus, & personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis in contrarium forsan quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis specialis, specificae, expressae, & individuae mentio habenda esset, eorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

§.9. Volumus autem, quod officia claustralia suppressa, & extincta sint, & esse censentur, quatenus in ipsis Monasteriis reformatio hujusmodi vere, & realiter introducta fuerit, seu introducatur, & non alias, sicque suppressa, & extincta remaneant, donec, & quousque Reformatio sic introducta in eis duraverit, & non ultra, ita ut in eventum, in quem illam cessare, vel extingui quandocumque contigerit, Officia praedicta in pristinum statum ipso jure revertantur, ita quod, ut prius in titulum conferri, & de illis eorumdem Monasteriorum Monachis respectue provideri debeat.

Datum Romae apud S. Petrum sub Anno Nuncupationis die 17. Maii 1621. Pontificatus nostri Anno I.

Derogatio contrarium

Officia claustralia suppressa in Monasteriis, in quibus reformatio fuerit introducta

Dat. die 17. Maii 1621. An. I.

XI.

Erectio Hospitii, & Collegii Gregoriani in Urbe pro univeris Monachis sub Regula S. Benedicti Militantibus, una cum privilegiorum concessione.

En Reg. in Secret. Breve.

GREGORIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Salvatoris nostri Jesu Christi, Dei Patris Unigeniti, qui ut Nos, Religione claris vita probatae exemplis comprobata, celestis patriae cultores efficeret, de summis Coelorum hujus mundi infima descendere, & in ara venerandissima Crucis in pretium immolari non abnuvit, vices licet immeriti gerentes in terris, inter multiplices curas, quae Nobis ex Apostolatus officio incumbere dignoscuntur, illam, per quam Religio ipsa, praesertim Sancti Benedicti, qua lon-

Proemium.

X x

longa, & continuata multorum seculorum serie effloruit, multiplicatis illius cultoribus, quorum assiduis precibus, & fructuosis operibus Deus ipse propitiatur, nostris temporibus amplificetur, ejusque Religiosi ad Almam Urbem nostram pro negotiis confluentes, ab inopia, & indecenti quaestu revocentur, quantum cum Deo possumus, libenter amplectimur: & ut feliciter id subsequi valeat, ejusdem officii partes, ut piissimi Pastoris est, favorabiliter impertimur: prout etiam Nobis, & Apostolicae Sedis devotarum personarum ejusdem Religionis pia vota ad hoc tendere, & in Deo conspicimus salubriter expedire.

§.1. Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte dilecti filii Constantini Cajetani, Abbatii Monasterii Sancti Baronti, Ordinis Sancti Benedicti, Pistorien. diocesis, Congregationis Cassinen. familiaris continui commensalis nostri, petitio continebat, quod licet inter omnes disciplinae regularis Ordines is maxime conspicuus esse dignoscatur, qui a Sancto Benedicto Abbate fundatus, saluberrimisque institutis excultus est: & quem olim tot Imperatores, tot Reges, tot Duces, tot Principes, Regalibus sceptris, Regnorumque, & Provinciarum gubernaculis depositis, ingressos fuisse, vitamque monasticam in eo duxisse; ac ex quo tot Religiosos in Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, & Praelatos assumptos, totque ad Summi Apostolatus apicem evectos fuisse constat, ut longa, & continuata multorum seculorum serie Ecclesia ipsa nullos alios: quam familiae Benedictinae Alumnos, Summos Pontifices habuerit; ex eoque jam ab antiquissimis temporibus admirabili doctrina, & sanctitate praediti viri prope innumerales prodierunt: nihilominus omnes Monachi sub vexillo dicti Ordinis Sancti Benedicti militantes, non uni, & eidem Superiori subsunt, sed in aliquibus Regionibus particularium Monasteriorum Abbatibus, & Prioribus, in aliis vero Cassinen. etiam, in aliis aliarum Congregationum Superioribus subsunt. Et hinc fit, ut cum in Alma Urbe nostra nullum praefati Ordinis, nisi praefata Congregationis Cassinen. Coenobium, seu Regularis locus existat, ejusdem Ordinis Monachi, qui ad illam devotionis, seu peregrinationis, ac liminum Apostolorum visitandorum, seu etiam negotiorum, vel studiorum causa, ex omnibus Christiani orbis partibus incessanter confluant, si praefata Congregationis Cassinen. non modo secularium personarum more, eisque promiscui, in publicis Hospitiis, atque etiam privatorum adibus vivant, quin etiam plerique consumptis in longinquis itineribus, & peregrinationibus, sive negotiis, quas asportaverant, pecuniis, ad inopiam redacti, seu morbo aliquo correpti, ostiant, ad singula privatarum adium vestibula cum maxima monacalis habitus, atque status indecentia, Sacerdotalisque dignitatis vilipendio, mendicare cogantur. Alii etiam, quod pejus est, ex rubore, & verecundia proprii status, & mendicantis religiosum habitum

Causae erectionis hujus Hospitii, & Collegii.

non sine gravi laicorum scandalo deponant. Quorum infelicem statum dictus Constantinus Abbas sic in Alma Urbe nostra residens, fraterna, atque christiana caritate miseratus, tandem animi cogitationem ad operosiorum, & diuturniorum, immo vero perpetuam extraneorum illorum Monachorum, Confratrum suorum subventionem attollens, his incommodis opportuna ratione remedium afferri posse cogitavit: si in dicta Urbe aliquod Hospitium, seu Collegium, in quo omnes Monachi dicti Ordinis quarumcumque exterarum Regionum Romae devotionis, seu negotiorum, vel studiorum causa adventantes, recipiantur, & convivant, institueret.

§.2. Hocque suo consilio Venerabilibus Fratribus nostris, Alexandro Episcopo Albanen. Montalto, praefata Congregationis Cassinen., necnon Octavio Episcopo Praenestini. Bandino, nuncupatis Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, Congregationis Bursfeldensis in Germania ejusdem Ordinis, respective Protectoribus, communicato, cum eos non approbatores modo, sed pii hujuscuique sui propositi laudatores habuisset, in eam rem alacriori studio sibi incumbendum ratus, ab eodem Alexandro Episcopo Cardinale Literas Patentes obtinuit: quibus idem Alexander Episcopus Cardinalis, ei, reservato tamen Sedis Apostolicae beneplacito, ut in quocumque dictae Urbis loco & situ commodo, & decenti sibi benevisio, Hospitium, seu Collegium ad effectum recipiendi quoscumque Monachos ex omnibus Mundi partibus ad eandem Urbem devotionis, & negotiorum causa accedentes, construere posset, facultatem concessit: ac omnia, & quaecumque Instrumenta super acquisitione situs ad id necessarii celebrata, & celebranda approbavit: ac Collegio, seu Hospitio sic construendo omnia bona, res, proprietates, & elemosynas ei relicta, & relinquenda applicavit, & appropriavit: ipsamque Constantinum Abbatem Collegii, seu Hospitii hujusmodi sic erigendi, illiusque fabricae Ministrum, & Curatorem, cum facultate illius redditus tunc praesentes, si qui essent, & futuros exigendi, citra tamen illius bonorum alienationem: illiusque lites, & causas defendendi, & ad illas unum, vel plures Procuratores substituendi, constituit, & deputavit.

§.3. Atque dictus Constantinus Abbas, hac licentia fultus, sanctum hoc opus pia meditatione conceptum, re ipsa aggredi statuit: dataque sibi certa spe, & fiducia, quod si opus institutionis dicti Hospitii, seu Collegii inchoaretur, quamplurimi Italia, Galliae, Hispaniae, Germaniae, Portugalliae, atque Poloniae, necnon Lotharingiae, Flandriae, aliarumque Regionum, & Provinciarum Abbates, ad quorum notitiam dicti Constantini Abbatis intentio, nonnullorum Monachorum in Urbe degentium relatione, devenerat, fabricae opus promoveri, & pro stabilienda illius dote adjuvantes manus porrigere intendebant, diversas domos, &

Concessit facultas constituendi Hospitium in Urbe D. Constantini Abbati Cajetano a Card. Montalto, uti Congr. Cassin. Prorectore, per suas Patentes literas.

Qui diversas domos, & adificia empta, seu impellentes, & libros aliaque supra dicto Hospitio, & Collegio donat.

aedificia, necnon situs acquisivit a dilectis in Christo filiabus Victoria, Laura, & Lucretia quondam Laurentii de Castellanis, ac dilecto filio Tiberio quondam Pauli Alberini, tam per viam emptionis, quam perpetuae conditionis emphyteoticae de pecuniis ex parsimonia, atque industria, seu licite acquisitis ad opus dicti Hospitii, seu Collegii. Ad quod, si institueretur, omnem suam suppellectilem, omnesque libros, quos magna in quantitate, magnique valoris habet: ut Monachi pro tempore in eo degentes studere, rudioresque ab eruditioribus, juxta cuiusque captum, seu capacitatem, tam publice, quam privatim doceri possint: aliaque omnia sua transportare, illaque ei donare, & relinquere intendit: & ex nunc, prout postquam dictum Collegium, seu Hospitium institutum fuerit, donat, & relinquunt.

§.4. Et dilecti filii Joannes Baptista, & fratres, quondam Marsilii de Mancinis, sola pii hujuscuique operis, licet nondum inchoati, fama ad caritatem excitati, jura sibi competentia supra a eorum domo contigua, in eodem Constantinum Abbatem, nomine dicti Ordinis, cessionis titulo, gratis, & tam laudabilis operis intuitu transfulerant: prout in diversis publicis Instrumentis, seu aliis scripturis dicitur contineri.

§.5. Quare pro parte dicti Constantini Abbatis, asserentis, se dictum Ordinem in Monasterio Sancti Nicolai de Arena, Catanien. expresse professum, & ex Civitate Syracusana oriundum existere, ac primo dicto Monasterio praesente, Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus Hospitium, seu Collegium hujusmodi institueretur, ac alias in praemissis opportune providere de benigne apostolica dignaremur. Nos igitur, quibus nihil unquam accidere potest optatius, nihil jucundius, quam dum intelligimus huiusmodi temporibus Religiosos aliquos emergere, qui de ea, quam professi sunt, Religione non propaganda modo, sed, & exornanda solliciti sunt, sanctum in primis, & laudabile dicti Constantini Abbatis propositum plurimum in Domino, gratiarum omnium auctore, commendantes, ipsumque Constantinum Abbatem a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenae a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, eumque paterna benevolentia complectentes, ac sperantes, quod si dictum Hospitium, seu Collegium institueretur, illius institutio non solum in divini cultus augmentum, praefatae Ordinis ornamentum, ac illius Monachorum subventionem, sed etiam in Urbis nostrae ornatum, ac Christianissimorum spiritualem consolationem cessura sit. Necnon situm, aedificiorum, & locorum emptorum, conductorum, donatorum, &

Quidam Christiani fideles effecerunt iuribus sibi competentibus in quadri domo.

Pont. approbat contractus emptionis, donationis, ac defectus supplet.

cessorum respective situationes, confines, vocabula, & denominationes, praesentibus pro expressis habentes; necnon contractus emptionum, & conductorum, atque donationes, seu cessiones, ut praesertur, factas: ac etiam emptiones, & acquisitiones aliorum situum, & bonorum ad usum fabricae dicti Hospitii, seu Collegii pro tempore faciendas, ex nunc, prout postquam factae fuerint, ea approbantes, & confirmantes: omnesque tam juris, quam facti, ac solemnitatum quantumvis substantialem, & circa praemissa requisitarum, seu requirendarum defectus, si qui jam intervenierint, aut pro tempore intervenisse apparuerint, harum serie suppletentes, hujusmodi supplicationibus inclinati:

§.6. Eidem Constantino Abbati, ut in dicta Urbe, ac sitibus, aedificiis, & domibus a dilecto filio nostro in dicta Urbe, ejusque districtu Vicario in spiritalibus generalibus, & dicto Alexandro Episcopo Cardinale prius approbandis, & visitandis, unum Hospitium, seu Collegium pro receptione Monachorum extraneorum totius Ordinis Sancti Benedicti, & sub eius Regula militantium, ad Urbem devotionis, seu negotiorum, vel studiorum causa pro tempore accedentium una cum refectorio, dormitorio, cellis, & partibus necessariis, construere, seu construi facere, libere, & licite possit, & valeat, licentiam, & facultatem, apostolica auctoritate, concedimus, & impertimur.

§.7. Illudque ex nunc, prout ex tunc, & e contra postquam constructum, & ad convenientem formam, ita ut in eo Monachi recipi, & habitare possint, redactum fuerit in Hospitium, seu Collegium Monachorum extraneorum dicti Ordinis, Gregorianum nuncupandum: in quo aditus Superior, qui Abbas Praesidens, unusque Vice-Praesidens, qui Praepositus, vocentur: & in quo Monachi dicti Ordinis ad eandem Urbem devotionis, seu studiorum, vel negotiorum causa accedentes, recipi, ibique (durante eorum in dicta Urbe mansione) habitare, pernoctare, & quoad illius redditus ferre poterunt, caritative tractari, eorum necessitates sublevari, & in casu infirmitatis curari possint, & debeant. Et quantumvis inibi fuerint, Theologiae, & Juris Canonici, aliisque Liberalium Artium Studiis, sub aliquibus ejusdem Hospitii, seu Collegii professoribus tam publice, quam privatim vacare possint. Et sub cura, gubernio, & obedientia dicti Abbatis Praesidentis, qui in eos, aliasque dicti Hospitii, seu Collegii personas, & servientes superioritatem exerceat, illiusque bona gubernet, ac de redditibus in illius usum disponat, vivant, illique uti Superiori obedientiam praestent, & alias ad instar quorumcumque aliorum Hospitiorum, seu Collegiorum quorumvis Ordinum tam in dicta Urbe, quam in quacumque alia Mundi parte, & regione institutorum, perpetuo sine alicujus praedicio erigimus, & instituimus.

Facultatem D. Constantini Abbati conceditur possit construere Hospitium, & Collegium Gregorianum nuncupandum pro Monachis totius Ordinis S. Benedicti ad Urbem accedentibus.

Collegii Superiorum erigit in Abbatem Praesidentem, ejusque Vices gerent nuncupati Praepositum jubet.

Quaedam bona per d. Constantinum Abbatem, & per alios Christianos relinquenda pro onerum supportatione applicari.

Collegium, Abbatem, Praesidentem, Monachos, & alias personas a jurisdictione, & correctione, &c. Vicarii Urbis, & Superiorum Congreg. Cassinensis.

Collegium liberat a contributione, & solutione decimarum, & forum decimarum, aliorumque onerum.

Sub Sedis Apostolicae protectione suscipit

§.8. Illique sic erecto, & instituto pro onerum illi incumbentium supportatione, omnia, & singula, res, proprietates, & bona, in quibusvis rebus consistentia, illi tam per dictum Constantinum Abbatem jam relicta, ad valorem annuum centum scutorum monetæ circiter ascendente, quam deinceps per quoscumque alios dicti Ordinis Abbates, & Conventus, ac alios Christianos quocumque intuitu, etiam per viam testamenti, codicillorum, donationis etiam inter vivos, & causa mortis, seu quoscumque alterius dispositionis, ac etiam in elemosynam, vel alias quocumque, & qualitercumque relinquenda, elargienda, donanda, & eroganda, ex nunc, prout ex tunc, & contra postquam relicta, elargita donata, & erogata fuerint: ita quod liceat pro tempore existenti dicti Hospitii, seu Collegii Abbati Praesidenti, & ab eo deputatis, illorum omnium corporalem possessionem per se, vel alium, seu alios, nomine dicti Hospitii, seu Collegii, propria auctoritate, libere apprehendere, & perpetuo retinere: fructusque, jura, obventiones, & emolumenta exinde provenientia, necnon oblationes, & elemosynas eidem Collegio, seu Hospitio elargienda percipere, colligere, levare, arrendare, & locare: ac in d. Hospitii, seu Collegii, & Monachorum in eo pro tempore degentium usus, & utilitatem, ac necessitates convertere (Vicarii urbis hujusmodi, vel cuiusvis alterius licentia desuper minime requisita) dicta auctoritate etiam perpetuo applicamus, & appropriamus.

§.9. Nec non Hospitium, seu Collegium, ac ejus Abbatem, Praesidentem, Praepositum, & Monachos, aliasque personas, & bona tam mobilia, quam immobilia cuiuscumque qualitatis, & quantitatis existentia, ac ubilibet consistentia, ab omni jurisdictione, correctione, visitatione, dominio, superioritate, & potestate praefati nostri, & pro tempore existentis in eadem Urbe Vicarii, ad instar aliorum locorum regularium in dicta Urbe existentium, ac Ordinis, seu Congregationis Cassinensis hujusmodi Superiorum: Ita tamen quod singulis annis ab uno, seu duobus ex Procuratoribus generalibus Congregationis dicti Ordinis in Urbe praefata degentibus (qui si quid correctione, aut reformatione dignum invenerint, ejusdem Hospitii, seu Collegii Praefati pro tempore existentis quamprimum referant) per turnum visitari debeat.

§.10. Necnon a praestatione, contributione, & solutione decimarum, & quorumcumque aliorum onerum ordinariorum, & extraordinariorum ex quacumque causa impostorum, & imponendorum, penitus, & omnino eximimus, & liberamus.

§.11. Et sub Beati Petri Apostoli, ac nostra, & Sedis Apostolicae protectione inviolabili conservacione suscipimus: ac correctioni, & omnimoda jurisdictioni in spiritualibus, & temporalibus dicti Alexandri Episcopi Cardinalis, & Protectoris pro tempore existentis: Qui etiam illius Defensor, Conservator, ac Judex Ordinarius existat,

& coram quo, seu Praelato ab eo in vice Protectorem deputando dumtaxat, omnes, & singula lites, quaestiones, & molestiae civiles, & criminales, ac mixtae super Hospitii, seu Collegii hujusmodi bonis, rebus, juribus, actionibus, & personis movendae cum omnibus earum incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, totoque negotio principali, private quoad omnes alios dictae Urbis Judices ordinarios, eorumque tribunalia cognosci, & decidi debeant, submittimus, & subijcimus.

§.12. Statuentes, & ordinantes, quod dicti Hospitii, seu Collegii Abbas Praesidens a Monachis in eo pro tempore degentibus, ex eorum gremio, seu ex quocumque alio ejusdem Ordinis Monasterio, in perpetuum, servatis de jure servandis, eligi: ejusque officium ad quinquennium tantum durare: ac perpetuis futuris temporibus, omnibus, & singulis privilegiis, gratiis, & indultis, quibus praefati Ordinis, & Congregationum, ac praesertim Cassinensis. Abbates utuntur, fruuntur, & gaudent, similiter, & aequè principaliter, & absque ulla prorsus differentia uti, frui, & gaudere debeant: hac prima vice dumtaxat excepta, qua eundem Constantinum Abbatem uti Fundatorem, & pii hujus operis Auctorem, in gratiam foundationis hujusmodi, & laborum, quos illius causa suscepit, ut peculiari quadam prerogativa se a Nobis cohonestatum fuisse letetur, tenore praesentium in perpetuum Praesidentem, & Superiorem dicti Hospitii, seu Collegii ad ejus vitam etiam cum facultatibus, privilegiis, atque honoribus quibuscumque aliis similium locorum, & Hospitiorum, seu Collegiorum Superiorioribus concessis, & competentibus, eadem auctoritate constituimus, & deputamus.

§.13. Ipsique, ac pro tempore existentis dicti Hospitii, seu Collegii Protectori, ut attento, quod illius constructio non solum in divini cultus augmentum, sed etiam in ornatum Urbis cedit, si pro perfectione, & ampliatione illius fabricae aliis sitibus, & aedificiis, seu fundis contiguis opus fuerit, ipsorum situum, fundorum, & aedificiorum dominos ad illorum venditionem sibi, ad effectum illa dictae fabricae incorporandi, faciendam mediante solutione pretii a peritis aestimandi, & non ultra, cogere possint, facultatem impertimur.

§.14. Et ne contingat tempore procedente, Hospitium, seu Collegium praefatum, vel ipsum Constantinum Abbatem, & pro tempore existentem illius Abbates Praesidentes, & Monachos, occasione situum, & bonorum pro dicta fabrica acquisitionum, & acquirendorum aliqua dampna, seu molestias pati, omnia, & singula situs, domos, fundos, aedificia, & loca in dictam causam empti, & emenda, ab omnibus, & quibuscumque fideicommissis, substitutionibus, devolutionibus, hypothecis, & vinculis, tam notis, quam non notis, purificatis, & purificandis, si quibus quomodolibet subjecta sint, aut esse, dici, censerentur, vel apparere possint, penitus, & omnino eximimus, & liberamus. Ipsisque fideicommissis ad effectum praemissum cum hoc quod pretia bonorum emendorum in emptionem tot bonorum stabilium, seu locorum montium non vacabilium de Urbe convertantur, & loco bonorum fideicommissariorum ad favorem institutorum, substitutorum, & alias quomodolibet vocatorum succedant; & fideicommissum, seu hypothecam, aut alia jura super dictis bonis pro dicta fabrica emptis, & emendis habentes, aut pretendentes, non ad illa, sed ad bona, aut loca Montium ex illorum pretiis emenda, agere, & actiones suas dirigere possint, specialiter, & expresse derogamus.

Statuit Abbatem Praesidentem eligendū ex Monachis ejusdem Collegii, vel ex locis aliis Ordinis S. Benedicti ad quinquennium.

Dat facultate Protectori, quod possit cogere convictiones ad venditionem domorum, & situum, soluto illorum pretio tantū.

Collegium, illius situs, & aedificium a fideicommissis, hypothecis, &c. eximit illisque derog.

modolibet subjecta sint, aut esse, dici, censerentur, vel apparere possint, penitus, & omnino eximimus, & liberamus. Ipsisque fideicommissis ad effectum praemissum cum hoc quod pretia bonorum emendorum in emptionem tot bonorum stabilium, seu locorum montium non vacabilium de Urbe convertantur, & loco bonorum fideicommissariorum ad favorem institutorum, substitutorum, & alias quomodolibet vocatorum succedant; & fideicommissum, seu hypothecam, aut alia jura super dictis bonis pro dicta fabrica emptis, & emendis habentes, aut pretendentes, non ad illa, sed ad bona, aut loca Montium ex illorum pretiis emenda, agere, & actiones suas dirigere possint, specialiter, & expresse derogamus.

Card. Montium Collegio deputat Protectorem cum facultate decidendi causas, absolvendi censuras, & condecidendi statuta quaecumque.

Indulget dicto Hospitio, & Collegio, ut possit gaudere privilegiis uni verso Ordini S. Benedicti ejusque Congreg. Cassinensis.

solum ad eorum instar, sed pariter, & pariformiter, ac aequè principaliter, & absque ulla prorsus differentia in omnibus, & per omnia, perinde ac si illa dicto Hospitio, seu Collegio, illiusque personis specialiter, & expresse, ac in individuo concessa essent, aequè perpetuo indulgemus.

§.17. Illisque, ut quacumque alia dicti Ordinis Hospitia, seu Collegia, Monasteria, & Regularia loca, Hospitio, seu Collegio per praesentes erecto, de licentia illius Protectoris pro tempore existentis aggregare: illiusque omnia, & singula, gratias, indulta, & privilegia eis per praesentes concessa, & deinceps tam principaliter, quam extensive, & communicative concedenda, communicare possint, dicta auctoritate concedimus.

§.18. Postremo autem, tam praefato Constantino Abbati, quam pro tempore existenti Hospitii, seu Collegii Abbati Praesidenti, ceterisque personis tam Regularibus, quam saecularibus sub excommunicationis majoris poena, ne ullo unquam tempore libros aliquos, qui tam ab ipso Constantino Abbate, quam quibusvis aliis eidem Hospitio, seu Collegio pro illius Monachorum usu donati, & assignati, seu empti, & in particulari inventario, quod desuper fieri debeat, descripti, & annotati fuerint, ex illius Bibliotheca, Aniciana nuncupanda, mutare, vendere, aut quocumquomodo distrahere audeant, seu praesumant, districtius inhibemus.

§.19. Decernentes praesentes Literas sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus, per Nos, vel alios Romanos Pontifices Successores nostros, sub quibuscumque verborum expressionibus, & formis, etiam Motu proprio, seu ad quorumvis Imperatorum, Regum, aut aliorum Principum instantiam pro tempore factis, minime comprehendere, sed tamquam pro loci pii ad divini cultus, & piorum operum augmentum erectione concessas, ab illis exceptas; & quoties illae emanabunt, toties in pristinum, & eum in quo antea quomodolibet erant statum, restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, ac de novo etiam sub dat. per Cardinalem pro tempore Protectorem, necnon Collegii, seu Hospitii hujusmodi Abbatem Praesidentem, & Monachos quocumque eligenda, de novo concessas esse, & fore, suumque plenarium effectum sortiri debere: sicque ab omnibus censerentur, atque ita, & non alias per quoscumque Judices, etiam Palatii Apostolici causarum Auditores, ac ejusdem Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales judicari, & definituri debere.

§.20. Non obstantibus praemissis, ac nostris de Indulgentiis, & gratiis ad instar non concedendis: & si opus sit, de unionibus committendis ad partes, vocatis, quorum interest, exprimendoque vero valore, ac Lateranen. Concilii novissime celebrati uniones perpetuas, nisi in casibus a jure per-

Dat facultate aggregandi quaecumque Benedictinorum loca iisque ea ipsa omnia privilegia communicandi.

Inhibet ne libri amoveantur a Collegii Bibliotheca.

Decretum praeservatum.

Derogatio contrarium.